Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8258
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

sex rerum non naturalium. Ordo vero
medicinalis operationis meam
et ordinem instrumentorum pro-
nunciabit experte. Primus igitur
tractatus in sex distinguitur
capitula. ¶ Aer istius principis
breuiter ad caliditatem et sicci-
tatem notabiliter erit incli-
natus. Similiter domus locus
et camera in quibus habitat
ut quod habeat aspectum orien-
talem et meridionalem. Et
euitetur aer nebulosus et
caliginosus qui caliginis
et talium aliorum causa est. Et
et calefiat aer. tum igne
accenso in camera ex iuni-
pero lauro abiete tamaristo
et sibi similibus lignis. Et si non
essent talia ligna presentia
faciat istas suffumigationes
Suffumigium estiuale. in camera. ¶ Suffumigium
in estate. Recipe storacis calamite
ʒ. j. gallie muscate ʒ. ß. cam-
phore ʒ. ij. puluerum et florum
tamaristi, cum aqua rosacea
fiat trociscos pondere ʒ. ij. et
exiccentur in umbra, et cum
opus fuerit puluis eorum
carbonibus ignitis et a fumo
priuatis aspergatur, ex quo dili-
genter camera uel stuba
Suffumigium autumpni. suffumigetur. ¶ Suffumi-
gium autumpni. Recipe storacis liq-
de ʒ. ß. sandalorum alborum spo-
dij ana ʒ. j. thuris storacis ca-
lamite ana ʒ. v. fiant trocis-
ci cum aqua mellisse, et fiat
Suffumigium hyemis. ut supra. ¶ Suffumigium hye-
mis. Recipe thuris laudani gal-
lie muscate storacis calamite
ana ʒ. ß. confectionis nere ʒ. ij.
fiant trocisci cum vino malua-
tico uel sibi simili et fiat ut
Suffumigium veris. supra. ¶ Suffumigium veris. Recipe
violarum, florum borraginis cam-
phore ana ʒ. j. ligni aloes ʒ.
iij. laudani storacis ana ʒ ij.
fiant trocisci cum aqua vio-
larum, et fiat ut supra. ¶ Et quia
aeris applicatio ad corpus
propter vestes multis modis
variari potest. Ideo vestes sub
determinatione aeris reponi
solent. Et primo quidem caput
illius principis optime mu-
niri debet, quia est membrum rati-
onalis domus, primo theorice,
tum quia debile, tum quia
principium omnium istorum accidentium
predictorum. In estate igitur nocte
mitris et birretis ex dorsi-
libus variorum pellibus bene
suffultis custodiatur. Et sint
mitre habentes appendentia
usque ad alletum .i. ad locum ubi
collum cum spina coniungitur.
In vere autem mumantur insu-
le seu hodie mitre ex pellibus
martorum .i. madrem. In hye-
me ex pellibus agnorum la-
nositate bene pinguibus. Et
quando contingeret ipsum equitare
mitre sue sint ex pellibus
wlpium. In autumpno vero eli-
gatur pelles remissius cale-
facientes ut de medioribus
agnis martoris et alijs. Et
iste pelles debent cuti imme-
diate applicari sine medio.
Et debent iste infule seu mi-
tre sepe calefieri et exsiccari
ab aduentuosis membris etc. Et
partes inferiores ut crura
tempore yemali caligis ex
pelle wlpina factis bene mu-
niatur. vel ex pelle leporina
est enim neruorum confortatiua
primo theorice. Neque portet
sotulares strictos. Quia vero
secundum determinatos corporum
celestium et planetarum in-
fluxus et coniunctiones mensis

De applicacione vestimentorum

.i. wehrücken